Iuvavia, pagg. 57. d. 2ten Abth. No 14. Ex arch. cap. Hof. u. St. XI Staatsarchiv Wien (B.)

A. 800. Schreiben d. Pabstes Leo III an d. Bischöfe der bairischen Provinz, daß

11. April. sie d. Arno als ihren Erzbischof erkennen u. demselben gehorchen

[Leo episcopus servus servorum dei, Reverentissimis et sanctissimis Episcopis videlicet B. Alim Sabionensis ecclesiae. Walterico (Vualtrico) pataviensis (patauiensis) ecclesiae. Attoni Frigisiensis B. frisingensis ecclesiae. Adaluuino Raganensis ecclesiae. Sintperto Stafnensis ecclesiae. simulque Abbatibus. una cum cuncto clero. seu plebi provintiae Baiuvariorum commorantibus] Dum amore piae considerationis succendimur debemus aliquid auxiliante Deo suprapositum fundamentum boni operis aedificare et ea quae contra statuta Patrum noscuntur radicitus amputare. Unde et Apostolus ait, nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. Quantum enim nobis tradita est pastoralis cura animarum peragenda. et principatus culmen habemus. si neglegenter dominicum rexerimus gregem. tanto acrius a nobis exquiritur a Domino et salvatore nostro Iesu Christo. cuius B. praeceptis docemur. Pastor bonus animam suam ponit pro ovibus suis. et idcirco convenit nos fratri nostro Arnoni archiepiscopo cui vestri curam commisimus cum magna constantia animi canonicis censuris docenter super vos vigilare. ut non lupinis morsibus id est diaboli stimulis lanieretis. sed magis liberati a praelato sanctissimo atque reverentissimo fratre nostro Arnone archiepiscopo nec non educati B. directi a diabolica tela vestras sacratissimas B. animas lucrifaciente Deo. cum fructu boni operis pertingatis ad palmam. Quapropter ut secundum dei timorem officium suum unusque B. unusquisque pleniter in dei omnipotentis servitio suo canonico disposito adimplere festinent. pro sanctae Dei ecclesiae profectu et fidutia quam decet in archiepiscopo habere a quo et omnia recipiatis. ita etiam et in eo summam habeatis confidentiam. ut dignum et iustum est. ut digne et iuste ipse pleniter ac pariter una vobiscum in orationibus ante Deum certare studeatis. quia iustum est omnes christianae plebis pro summo rectore sanctae Dei ecclesiae ritum devotissime adimplere.

Ideo ammonantes docemus. ut unianimiter in concordia

~~Dilectissimis nobis Alim ecclesiae Sabionensis seu Attoni ecclesiae Frigisingae ac simul Adaluuino ecclesiae Reginensis nec non Vualtrico ecclesiae Patauensis et Sintperto ecclesiae Nivuinburgensis provinciae Baiovuariorum episcopis Leo servus servorum dei.~~

pacis ~~Deo~~